



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Explicatur reseruatio regulae tertiae cancellariae. punct. 19

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

8 Ad secundam difficultatem dico si dignitas, ad quam pertinet beneficium vacantium collatio, non est reservata Pontifici, eo quod nec sit prima post Pontificalem, neque vacavit mensibus referatis, credo nullo modo beneficia sua provisionis reservata esse, quia notanda sunt illa verba regulæ, usque ad provisionem successorum ad eandem ecclesiam, aut monasteria, vel dignitates & idem est de quolibet alio beneficio, ut bene advertit Garcia supra) Apostolica auctoritate faciendam. Ergo provisionis, quæ non auctoritate Apostolica, sed ordinaria faciendæ est, sub hac reservatione non cadit, & consequenter nec beneficia, quæ de illius provisione sunt.

PUNCTVM. XIX.

Explicatur reservatio regulæ tertiæ Cancellariæ.

- 1 Adducuntur verba regulæ.
- 2 Qualiter intelligatur debere esse dignitates maiores in cathedralibus, & præcipue in collegiatis vs sub hac reservatione continentur.
- 3 Vnicam tantum in qualibet ecclesia reservat.
- 4 Si unica solum sit in ecclesia, illa manet reservata.
- 5 Si prima dignitas capitulo unica sit, non reservatur, sed referuntur sequens.
- 6 Referuntur prioratus, præposituras, & alia dignitates, &c. exceptis ordinum militarium.
- 7 Referuntur per hanc regulam beneficia familiarium Papa, ac Cardinalium, & que sint.
- 8 An familiares familiarium comprehendantur? Sub distinctione responderetur.
- 9 Qui sint familiares Cardinalium ad effectum huius reservationis.
- 10 An comprehendantur vicarii, visitatores, aliique iudices à Cardinalibus designati? Sub hac ratione resolvitur non comprehenduntur.
- 11 Non est necesse familiaritatem durare semper, sufficit, si aliquando fuerit, cum beneficium obtinetur.
- 12 Quæ beneficia sub hac regulâ comprehendantur.
- 13 An ob familiaritatem impediatur optare in ecclesiis, in quibus est ius optandi? Resolvitur non impediri.

Tertia regula reservat omnes dignitates maiores post Pontificales in cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, nec non valorem decem florenorum auti communi estimatione excedentes principales in collegiatis ecclesiis Reservat etiam Prioratus, Præposituras, Præposituras, ac alias dignitates conventuales, & præceptorias generales ordinum quorumcumque, sed non militarium. Item reservat quæcumque beneficia, quæ sui etiam dum Cardinalis fungebantur honore existentes, ac S.R. E. videntur nunc & qui erant suo tempore Cardinalium familiares, continui commensales obtinent, & in posterum obtinebunt eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quæ ius competit, aut competierit, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem vel alius recesserint, declarantur dignitates, quæ in cathedralibus etiam Metropolitanis, post Pontificales non maiores existunt, & quæ ex apostolice sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel aliis quovis modo in collegiatis ecclesiis principalem præminentiam habere noscuntur sub reservatione prædicta comprehenduntur debere.

1. Primo in hac regula referuntur omnes dignitates maiores in cathedralibus post Pontificalem, & in collegiatis ecclesiis principales dignitates. Quæ autem sit dignitas maior in cathedralibus, quæ præcipua in collegiatis, ex consuetudine provisionum colligendum est. In Gallia, & Hispania decanatus est maior dignitas, in aliis solet esse Præpositus. In collegiatis qui toti canonicorum collegio præest, ille præcipuum habet dignitatem, quique vocatur Abbas, & aliquando Prior: sic relata glossa in cap. de liberatione de officio legari. in 6. ante finem: tradit Azor. 2. p. in sit. moral. lib. 6. cap. 34. quæst. 10. vers. item dignitates principales. Flamin. de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 83. & 84. August. Barbosa 3. p. allegat. 37. num. 55. Debet tamen dignitas cum vacat actu esse maior, ut locum habeat reservationi, neque sufficit maiorem esse in potentia; quia ea quæ solum in potentia maior est, absolute maior non est, et esse possit. Sic Garc. 5. part. de benefic. cap. 1. à num. 256. Gonzalez gloss. 51. n. 58. Barbosa 3. p. de potest. episc. allegat. 57. num. 98. Quæ propter si aliqua dignitas esset erecta in primam sub conditione aliqua, quæ tempore vacationis non fuit purificata, non manet reservata, quia actu maior non est, sed erit, tamen in erectione adiecta sit clausula, ex nunc, prout ex tunc, quia hæc causa esto efficax sit ad retrahendum effectum à die datæ: hoc intelligendum est in casu, quo conditio purificata esset, secus illa perseverante: nam dum illa perseverat, omnem dispositionem suspendit purificata vero conditio: retrahitur eius efficacia ad diem datæ, quoad effectus iuri alterius quæsito non præ-

iudicantes, quales sunt antiquitatis, erectionis, & aliarum prærogatiuarum non autem quoad collisionem medio tempore factam inualidandam, cum legitime facta sit utpote de beneficio non reservato, sic aliis relatis Barbosa n. 99. & expresse contigit in decanatu ecclesie Vallisoletanæ, nunc cathedralis, antea collegiatis, qui in primam dignitatem fuit erectus post cellum, vel decanatum, aut aliam quamlibet amissionem, vel dimissionem prioris, vel illius coadiutoris, cum clausula ex nunc, prout ex tunc, quæ conditio purificata fuit tempore quo vacavit decanatus, eaque de causa non fuit reservatus, & cum mens ordinarij vacaverit, ab alio fuit provisorus, ut latius referunt Garcia, Gonzalez, & Barbosa supra à Rota decim fuisse 11. Decemb. anno 1600.

Præterea contingere potest aliquam dignitatem ecclesie cathedralis non esse maiorem, habere tamen præminentiam in collegiatis, & ratione huius præminentie sub hac reservatione comprehenduntur, quia absolute illa dignitas est prima in collegiatis, esto in cathedrali non sit maior, & constat ex sine supra dictæ regulæ & notavit Garcia 5. p. de benefic. c. 2. num. 260. Barbosa n. 98.

3. Rursus cum regula reservat omnes dignitates maiores in cathedralibus, & præcipuas in collegiatis, vnicam tantum in qualibet ecclesia reservat, esto in ea plures sint, quia ille terminus vniuersalis omnis, appositus est, ut dignitates omnes omnium Ecclesiarum comprehendere, non ut comprehendere: cuiuslibet singularis ecclesie omnes illius dignitates, sic Mandol. reg. 3. Cancell. quæst. 3. per totum. Gonzal. gloss. 21. n. 7. Garc. 5. p. de benefic. cap. 2. num. 262. August. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 57. num. 100. Verum si in via ecclesie duas, vel plures sint æque præcipue, affirmandum est omnes reservatas esse. Nam cum reservatio supra dicta effectum habere debeat, & nulla appareat specialis ratio, ob quam potius vnam dignitatem, quam aliam afficiat, omnes comprehendere debet; præcipue cum verba legis omnibus aptari possint, & ita tenet, & decisionibus Rota comprobat Garcia dicta 5. p. de benefic. cap. 1. num. 265. Mandosius in hac reg. quæst. 4. Barbosa n. 101. Azor. 2. p. lib. 6. c. 34. q. 10. vers. quæres deinde. Aloysius Riccius collect. 1670. ampliat. 1.

4. Sed quid si in ecclesia solum adsit vnicæ dignitas, manebit hæc reservata? Videatur manere non posse, quia de illa non verificatur, quod sit maior, nec principalis cum non sit alia, vniuersa comparatione maiorem tantum habere possit: & ita tenet Gomez de expectatiuis, num. 46. Zerola 1. p. verbo dignitas §. 1. Cardinalis collect. 30. quod incipit in hoc dubio, sub num. 7. vers. sed adhuc p. p. mandosium. & n. 8. Aneas de Falconibus in tract. de reservat. §. 3. principal. n. 32. ad finem.

At contrarium tenendum est cum Garc. supra, num. 257. Barbosa num. 102. Gonzalez gloss. 9. §. 4. à num. 18. Simonetti tract. de reservat. q. 85. num. 4. & decim fuisse à Rota in via Tunitana Archiepiscopatus 7. Maij 1574. coram Montibus conuenit Aloysius Riccius collect. 1670. ampliat. 2. Garcia num. 16. p. de benefic. cap. 1. num. 261. quia esto verbum maiores, quod comparationem exprimit, sæpe supponit, & sæpe pro politius tantum accipitur, ut contingit in his terminis, optimus maximus, supremus proximus, qui licet superlatiui sint, & politius supponant ex natura suarum, sæpe tamen pro politius tantum accipiuntur, iuxta leg. illa verba. & leg. proximus, de verb. significat. & tradit Aleiar. ibi, & pluribus exornat Pallador. lib. 1. verum quærit, cap. 7. per totum: licet contingit in hoc verbo primogenitus, quod licet comparatione aliorum, qui post natus dicitur, sæpe tamen de filio vniuo dicitur. Et ratio omnium est: quia omnia hæc verba non tam politius, quam æquitate sumuntur, & præstant hunc sensum: ille est optimus, maximus, supremus, quo nullus alius superior est, ille est politius illi dignitas dicitur maior post Pontificalem, quia maior est. Et hic sensus colligitur ex verbis finalibus supra dictæ regulæ: ibi reservatur illa dignitas, quæ præminentiam habet in collegiatis, esto in ecclesia cathedrali maior non sit. Ergo ad reservationem dignitatis in collegiatis ecclesiis non est opus esse plures dignitates principales: nam si solum illa dignitas adesset, illa sola referretur. Ergo similiter ad reservationem dignitatum ecclesie cathedralis non est opus plures dignitates adesse, sufficit si adsit vna, quæ nulla maior sit, illa enim erit referata.

5. Quod si prima dignitas post Pontificalem capitulo vniua sit, respectu illius non intrat reservatio. Quia ratione vniua quasi extinguitur, & conloquitur, & reputanda est, ac si non esset: ac proinde illa dignitas quæ in ordine succedit, prima nuncupanda est, & huic reservationi subiecta. Sic Garcia 5. p. de benefic. cap. 1. num. 269. Barbosa alleg. 57. n. 201. Aloysius Riccius collect. 1670. ampliat. 3. & à Rota in causa Virdunensi, decanatus 9. Martij 1580. testatur Riccius, & Garcia fuisse licitum.

6. Secundo reservat supra dicta regula Prioratus, Præposituras, Præposituras, ac alias dignitates conventuales, & præceptorias generales quorumcumque ordinum, &c. non tantum Reservat inquam Prioratus, Præposituras, &c. non tantum, sed conventuales perpetuas, quæque dari solent in comm-

memendam, & quarum electio non fit a religiosis simul congregatis. Azor. 2. p. in *insti. moral. lib. 6. cap. 34. q. 10. vers. quare reseruat.* Aug. Barbosa 3. p. de *potest. episc. alleg. 57. num. 103.* Gonzalez *gloss. 5. n. 59.* Garcia 5. p. *part. de benef. cap. 1. n. 271.* Dixi reuerentiam conuentuales perpetuas, nam temporales ordinum mendicantium nequaquam sub reservatione cadunt, & notauit Mandos. de *reseruat. q. 10. & Garc. num. 272.* Gonzalez n. 60. Barbosa *num. 104.* Cum autem reuerentia excipit prioratus ordinum militarium, sciendum est cum Glossa *verbo militarium. in elem. quia conu. 1. de Religiosis domib. Azor. & Barbosa supra esse alios ordines, qui ex proprio instituto non mifficite, sed hospitalitati adferuntur, cuiusmodi sunt, Ordo sancti Spiritus in Saxia, Ordo Cruciferorum in Vrbe, Ordo S. Antonij Viennensis in Gallia, & de horum ordinum prioratibus reservatione intelligitur. Non autem de prioratibus ordinum militarium, quales sunt Ordo S. Ioannis Hierosolymitani, sancte Marie Theutonicorum sancti Iacobi, Calatravae, Alcantarae in Hispania, Christi Domini in Lusitania, sancti Stephani in ducatu Florentia. Horum enim prioratus, & commendae a reservatione excluduntur, eo quod milites horum ordinum sint maxime de ecclesia beneficij.*

7 Tertio reuerentia supradicta regula beneficia familiarium Papae, ac Cardinalium conueniuntur commensalia. Quae reservatione declaratur sufficiens, si declaramus, qui sint familiares Papae, & Cardinalium continui commensales, quaeque beneficia illorum reuertuntur per hanc regulam. Familiares igitur Papae, illiusque continui commensales ad effectum reservationis dicuntur officiales, seu scriptores Archicamerarii Romanae curiae, iuxta constitutionem Iulij II. editam 7. Kalend. Decemb. anno 1550. quaeque confirmata, & declarata fuit constitutione Leonis X. quae incipit, *Lex ministerij p. officialis*, & est in bullario 6. eiusdem Pontificis, & constit. 18. Pauli III. incipiente, *Romani Pontificis*, & constit. 89. Pij V. incipiente, *Priorem*. Item sunt familiares cubicularij, & leuciferi ex constit. 14. Leonis X. incipiente, *Romanus*, & ex constit. 3. Pauli III. incipiente, *Providentia*. Item Milites S. Petri; ex constit. Leonis X. incipiente, *Sicut priores*, & constit. 3. Pauli III. ac constit. 46. Pij IV. Milites S. Pauli ex constit. 23. Pauli I. incipiente, *Romanus Pontifex*, & ex constit. 4. Iulij III. Milites Pij, ex constit. 1. & 16. Pij IV. Milites Lauretani, ex constit. 16. Sixti V. incipiente, *Postquam commissarius camer.* ex constit. 44. Sixti, incipiente, *Ad excessum*. Thesaurarius datariae, ex constit. 45. Sixti V. incipiente, *Ut ingens*. Auditor camerariae confidentiar. ex constit. Sixti V. incipiente, *Divina Dei providentia*. Conclauitax, ex constit. 32. Sixti V. Denique Paulus III. in sua constit. 78. & 79. & Iulius III. constit. 44. declarant veros familiares, & continuos commensales reputandos esse ad effectum reservationis; Referendarios, & alios officiales ex palatio apostolico panem habentes, Prototonarios, Subdiaconos, Auditores Rota; A. A. lyos, scutiferos, secretarios, litterarum apostolicarum scriptores, cubicularios, reliquosque officiales Romano Pontifici pro tempore existentis in palatio deferentes, aut custodiam facientes, licet ibi non habitauerint, nec in tinello commederint, aut panem receperint. Nam esto ij non sint realiter commensales, tamen eo ipso, quo Pontifex vult, vt tales vere, & proprie reputentur, & non per fictionem, omnia privilegia veris, & rebus commensalibus competentia illis competunt: & notauit Gonzalez *gloss. 5. n. 16.* August. Barbosa de *potest. episc. alleg. 57. num. 106.* Garcia 5. p. de *benef. cap. 1. n. 273.* Simoneta de *reseruat. quast. 35.* Fatnac. *decis. 691. num. 3. in nouis.*

8 Dubium tamen est, an familiares familiarium Pontificis sub hac cadant reservatione? Videtur non cadere, quia reservatio est stricti iuris, cap. *praesenti*, verbo *scribitur*, de *officio leg. qui in 6.* Cassador. *decis. 4. num. 6.* de *reseruat.* ac proinde quo ad facti possit limitata est. Ergo familiares familiarium comprehendere non potest. Pro contraria parte stat communis sententia hos familiares familiarium comprehendendi, quia seruiendo familiaribus Papae, Papae videntur seruire. Et fauet *lex quasitum. 8. sed an instituent.* ff. de *summo instruct.* & tradit, alios referens Menoch. de *arbitr. casu 201. numer. 120.* Mandos. *super reg. 3. Cancellar. quast. 17.* Garc. de *benef. 5. p. cap. 1. num. 326.*

In hoc dubio distinguendum censo, si subfamiliares designati sint a Pontifice, vt eius expensis alantur, credo sub reservatione comprehendendi, quia vere, & proprie, Pontifici inferuntur, & illius sunt commensales. Barbosa 3. p. *alleg. 57. num. 207.* At si absque vlla assignatione Pontificia expensis familiares alantur, sub reservatione non comprehenduntur, quia vere, & proprie Pontifici non inferuntur, sed eius famulis. Vnum tamen credendum esse certum, si Pontifex suo familiari designet alimenta pro se, & duobus subfamilibus absolute sumptis absque expressa illorum nominatione, ipseque familiares plures quam duos subfamilibus haberet, nullius horum subfamilium beneficia manebunt reuerentia ob incertitudinem designationis, & tradit Garcia de *benef. 5. p. cap. 1. vers. de Castro Sum. Mor. Pars II.*

n. 330. & colligitur ex *leg. duo sunt Titij. ff. de testamentaria tutela. & leg. si fuerit. ff. de rebus dubis.* Ex quo non leue argumentum sumitur ad probandum nullam esse reservationem quando non adest designatio Pontificia.

9 Familiares Cardinalium, illorumque commensales ad effectum reservationis sunt, qui Cardinalibus tanquam famuli deseruiunt, & ob eam causam eorum expensis aluntur; colligitur ex *cap. fin. de verbis. significat. in 6.* & tradit Simoneta de *reseruat. quast. 35. num. 2.* Flamin. de *reseruat. lib. 5. quast. vlt. num. 196.* Azor. *lib. 5. cap. 23. quast. 8.* August. Barbosa 2. p. de *potest. episc. alleg. 57. num. 108.* Garcia 5. p. de *benef. cap. 1. num. 315.*

Notanter dixi, qui tanquam famuli deseruiunt, vt excluderem ab hac familiaritate, & consequenter a reservatione fratres, & nepotes Cardinalium in eorum domibus commorantes, eorumque expensis alios; quia non ibi assistunt, vt famuli, & seruitores, vt variis decisionibus Rotae comprobatur Garc. 5. de *benef. cap. 1. n. 317.* Et idem est de omnibus illis, qui non vt familiares, & seruitores, sed vt amici, & consanguinei ex electione, aliave causa in domibus Cardinalium aluntur. Garcia *supra.* Barbosa 3. p. de *potest. episc. allegat. 57. n. 111.* Malsard. de *probationib. concl. 75. n. 3.*

10 Solum de vicariis, visitatoribus, aliisque iudicibus a Cardinali designatis, est dubium; an sub familiaribus comprehendantur? Et comprehendi affirmat Sarmiento *select. lib. 7. cap. vlt. Segura de Auolos in direct. iudicium ecclesiastic. 1. p. cap. 14. n. 38.* quem sequitur Sbroz de *vicario episcopi in additionib. ad quast. 147. lib. 2.* Mouentur; quia si vere Cardinali deseruiunt, & in communi modo loquendi seruitores (vulgo *criados*) nuncupantur. Nihilominus probabilius est, hos sub titulo familiarium non comprehendendi. Tum quia hi non tam personae, quam dignitatis deseruiunt. Tum quia non famuli, sed officiales, & iudices appellantur, & titulo officij salarium accipiunt. Quod a fortiori verum habet, si absque salario, aut expensis essent vicarij, aut officiales constituti. Garcia *dicto cap. 1. sub num. 318.* Barbosa *alleg. 57. num. 111.* At si tempore quo ij sunt vicarij constituti erant ex continuo commensales Cardinalium, ob vicariatum non videntur familiaritatem amittere, sed potius illam continere, cum eius expensis viuunt, & Cardinalibus in nobiliori munere inferuiant. Gonzalez *gloss. 51. num. 66.* Quintil. Mandos. *reg. 3. Cancell. q. 19.* Garcia *n. 322.* Barbosa *num. 312.*

11 Vt autem hac reservatio ob familiaritatem Pontificis vel Cardinalis locum habeat, non est necesse familiaritatem durare aliquo determinato tempore. Quocumque enim tempore etiam breui daret, si eo durante receptum, vel habitum sit beneficium sufficit, vt reservatum maneat. Sic Garcia *de 5. p. c. 1. n. 266.* Barbosa *alleg. 57. n. 113.* Debet tamen probari qualitas familiaritatis, vt dicta reservatio locum habeat. Alias ordinarius prouidebit, vt prope qui habet intentionem fundatam. Flamin. *lib. 10. de reseruat. q. 3. n. 21.* Barbosa *n. 110.* vbi bene aduertit hanc familiaritatem ad effectum reservationis non probari, eo quod probetur sede vacante in familiarem Cardinalis fuisse receptum, quia toto illo tempore nulla est regularum Cancellariae reservatio, cum morte Pontificis extinguantur: probati enim debet durasse familiaritatem tempore quo regulae Cancellariae locum habent.

12 Restat, vt de beneficiis comprehensis sub hac regula dicamus. Et breuiter respondeo comprehendi omnia beneficia, quae durante familiaritate habuisti, tamen si illa ius solum ad rem habuisses, si quidem in supradicta regula dicitur, *In quibus (id est beneficiis) seu ad quae ius eis competit, seu comperierit.* & notauit Garcia 5. p. de *benef. c. 1. n. 278.* Neque ab hac reservatione liberantur beneficia esto per obitum Cardinalis, vel Pontificis, aut alia via ab eorum familiaritate discesseris; quia ita cauetur in supradicta reg. ibi, *etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem, vel alios recesserint, vt bene Menoch. de arbitr. casu 201. n. 113. cum sequi.* Barbosa 3. p. *alleg. 57. n. 113.* beneficium enim semel reservatum, semper reservatum manet. Dixi, te debere durante familiaritate ius saltem ad beneficium habere, quod de iure proprio intelligitur, iuxta dicta in princ. huius disput. Hoc tamen eius subiequi debet ius in beneficium: alias si nunquam in beneficium ius habuisti non ratione tui, sed alterius vacabit. Vt igitur reservatio intret ratione tui, vacare beneficium debet.

13 Ex supradictis videtur inferri pro ecclesiis, in quibus est ius optandi, familiaritatem Pontificis, seu Cardinalis hoc iure priuatum esse; si quidem non potest nouam praebendam obtinere, quin praebitam dimittat ab inferiori possidendam. At si dimissa praebenda reservata est ratione familiaritatis, non potest illam dimittere, vt inferior possideat. Ergo neque ipse poterit nouam obtinere. Hoc autem videtur cadere in graue praerogatiua ipsorum familiarium, imo & Pontificis reservantis. Ergo dicendum est ad reservationem non sufficere obtinere beneficium tempore familiaritatis, sed necessarium esse obtinere illud in perpetuum.

Dicendum tamen est, neminem ob familiaritatem Pontificis impeditum esse optare (nisi consuetudo in contrarium praescripta

prescripta sit.) Quia non est æquum ob qualitatem speciali honore dignam privati aliquem iure aliis illa qualitate carentibus concessio, & tradit Cardin. *cons. 126. incipiens, vacauerunt in sim.* Gonzalez *gloss. 34. num. 42.* Garc. *5. p. de benef. c. 1. num. 335.* Barbosa *alleg. 57. num. 114.* Sed an optatum, an dimissum maneat referuatum? non constat apud doctores. Et quidem si per optionem titulus beneficii non mutatur, sed locus in choro, sedes in capitulo, aliaque qualitates extrinsecæ mutantur, certum est referuatum esse beneficium præhabitu nouis illis qualitatibus affectum. At si titulus mutatur, existimat Garcia *num. 346.* nequaquam optatum referuatum manere, si tempore optionis non adest in optante qualitas industria referuatis, scilicet familiaritas subcollectoris. Protonotaria, &c. Et ratio esse potest; quia nouum illud beneficium, neque ius ad illud determinatum acquisitum est durante qualitate iudiciali referuatis. Ex quo ergo capite ei potest referuatio prouenire? Quod si dicas, quia loco dimissi subrogatur, & ob hanc subrogationem cessat referuatio respectu prioris beneficii dimissi, & succedit in obiecto, vt dixit Cardin. *cons. 126. ad finem.* Lebuff. *in additiõib. ad reg. 3. Cancell. verbo obtiner.* Paulus Granatens. *ad Simonetam. quest. 35. num. 42.* Gonzalez *gloss. 34. num. 42.* Barbosa *alleg. 57. num. 114.* Contra est, quia subrogatio referuatiõnem inducere non potest, alias resignare, vel permutare libere possent habentes beneficia referuata, cum possent dicere loco beneficii referuati aliud subrogatum esse. Item neque verum esse beneficium semel referuatum semper manere referuatum; si quidem in optione mutaretur referuatio ex vno in aliud beneficium, quod certe non est dicendum. Existimo ergo probabilius beneficium familiaris quod in optione dimittit referuatum esse, neque in illo dari optionem; beneficium vero optatum à referuatiõne esse liberum, nisi tempore optionis habeat optans qualitatem referuatiõnem inducivam.

PUNCTVM. XX.

Explicatur referuatio quartæ regulæ Cancellariæ.

- 1 Apponitur regula.
- 2 Vltra generalem collectorem vnicus subcollector in qualibet diocesi esse constituendus.
- 3 Si subcollector alium subcollectorem specialem designaret, huius non manerent beneficia referuata.
- 4 Non est necesse, vt subcollector officium subcollectoris actu exerceret, vt eius beneficia referuata maneant.
- 5 Probabilius est non sufficere designationem subcollectoris, sed esse necessariam subcollectoris acceptationem.
- 6 Qualiter constare debet collectorem, vel subcollectorem esse deputatum, cum ad referuatiõnem, tum ad fructus colligendos.
- 7 Quæ beneficia sub hac regula comprehendantur.

Quartæ regulæ referuatur omnia beneficia ecclesiastica quocumque collectorem, & subcollectorem vnico- rum in quacunque ciuitate, vel diocesi, qui suo tempore officia exercuerint subcollectorum, fructuum, & prouentuum eam ræ Apostolicæ debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio obtinebant. & in quibus, seu ad quæ ius eis competebar.

1 Pro huius regulæ explicatione aduertendum est vltra generalem collectorem vnicum subcollectorem, & non plures in qualibet diocesi esse constituendum, vt referuatio locum habere possit. Quapropter si vnicus in ciuitate, & alius in diocesi constituantur, neutrius beneficia referuata erunt, quia non vnicus subcollector, sed plures in diocesi existunt contra supradictam regulam, & non est specialis ratio, quare magis vnus quam alterius beneficia referuantur. Garc. *5. p. de benef. c. 1. v. 367.* Gonzal. *gloss. 51. à n. 71.* Barbosa *1. p. alleg. 57. n. 119.* Quod procedat casu quo collector plures subcollectores generales designare possit, illosque simul resignaret. Nam si vnicum tantum designare possit, & illo resignato alium designaret, tacite primum reuocaret, & generaliter quoties quis secundum subcollectorem deputat, primum reuocare censetur. Quia credendum est iuxta formam iuris designationem facere voluisse, Mandos. *in hac regula q. 16. n. 2.* Garc. *ditto c. 1. n. 366.* Aloys. Ricc. *collect. 1647. ampliat. 4.* Barbos. *3. p. de potest. episc. allegat. 57. num. 122.* Quod si non obitate prioris designatione designaret quis secundum subcollectorem intendens primum non reuocare, beneficia acquisita à priori tempore quo vnicus fuit, manebunt referuata secus vero si socium habet. Excepi, nisi designatio socii nulla esset: eo quod collector potestas limitata sit, vt non possit nisi vnicum subcollectorem designare. Garc. *supra n. 370.*

3 Sed quid si subcollector alium subcollectorem particularem designaret, vt nomine ipsius fructus Pontifici debitos colligeret, quod non inficior præstare possit, eo quod sit delegatus ad vniuersitatem eausarum, iuxta eam quæ statuit Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 31. à num. 4.* In tali casu huius

subcollectoris particularis beneficia referuata non erant. Quæ regula referat beneficia vnici subcollectoris, & sic non est vnicus, cum socium habeat. Beneficia vero primi, & præcipui subcollectoris hunc secundum designantis credo referuata esse. Quia ab eo designatus non tam debet dici subcollector, quam commissarius subcollectoris. Et regula referuans beneficia subcollectoris, de vero, & proprio, & ad vniuersitatem eausarum designato intelligenda est. Garc. *5. part. de benef. cap. 1. num. 374.* & 375. Barbosa *3. part. allegat. 57. num. 123.* Deinde subcollector, cum sit à Pontifice delegatus, & iurisdictionem habeat, debet esse persona qualificata iuxta formam textus in *cap. statutum. in princ.* & in *cap. in nullo. in fine. de rescript. ib. 6.* Alias nulla erit deputatio. Debet ergo esse canonicus ecclesie cathedralis, vel alias persona in dignitate ecclesiastica constituta, tempore inquam deputatiõis, tamen postea non sit. Gonzalez *gloss. 51. n. 79.* Garcia *cap. 1. n. 87.* Barbosa *num. 126.*

4 Dubium tamen est, & satis inter doctores controversum, an subcollector officium subcollectoris exercere debeat, vt eius beneficia sub referuatiõnem cadant? Rationem dubitandi fecerunt verba illa regulæ: *Qui suo tempore officia exercuerint.* Quæ non debent esse inutiliter apposta. Ergo qui nunquam subcollectoris officium exercuit, eius beneficia sub referuatiõnem cadere non possunt. Et ita tenet Crescen. *decis. 17. de prebend. Rota teste Puteo, decis. 305. quæ incipit licet Rota, ibi 3. decis. 1346. incipit Ioannes Paulus, lib. 3. part. 3. diuers. Malcard. de probat. concl. 317. n. 17.*

Nihilominus communis est sententia non requiri exercitium actu, sed sufficere in potentia, ita vt potens sit officium subcollectoris exercere, neque per ipsum fiet, quominus illud exercat. Mandos. pluribus comprobans *super hunc reg. quest. 4.* Flamin. *lib. 2. de resignat. quest. 16. num. 26.* Gonzalez *gloss. 52. num. 71.* Garcia *5. part. de benef. cap. 1. num. 345.* & 351. Barbosa *3. part. de potest. episc. alleg. 57. num. 116.* Riccius *in collect. 5. p. coll. 1647. qui que restantur sæpe à Rota decedum esse. Ratio ea esse potest; quia conditio ab aliquo expulsiua, cuius executio per ipsum non fit, est perinde ac si executioni mandata esset. cap. cum non fiat. 66. de Regul. iur. in 6. & leg. in iure civili. 1. ff. de condit. & demonstrat. & plurius exornat. Mol. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 13. à num. 14. Ergo exercitium subcollectoris, quod est in subcollectore expulsiuum, si per ipsum non fit, quominus sit, reputandum est, ac si verè esset.*

5 Rursum sit difficultas; an sufficiat esse aliquem subcollectorem deputatum, tamen subcollectoriam non acceptantem, vt eius beneficia referuata censentur? Affirmat Rota *decis. 12. de prebendis. in nouis.* Mandos. *in hac regula. questio. 4.* Garcia *5. part. cap. 1. num. 347.* Barbosa *alleg. 57. num. 116.* Mouenur, quia iurisdictione delegata transferri in delegatum à tempore datæ quoad habitum; et ideo quoad exercitium præsentationem litterarum requiritur, vt tradit, aliis relictis. Aloysius Riccius *collect. 1647. vers. amplia tertio.* Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 7. num. 58. Garcia *5. part. de benef. cap. 1. num. 349.* Mandos. *reg. 2. 7. quest. 17. num. 4.* & *reg. 3. 1. q. 1.* Barbosa *alleg. 57. n. 116.*

Verum mihi probabilius apparet necessariam esse acceptationem vt eius beneficia referuata censentur. Mouenur; quia ante notitiam designationis, illiusque assignationem nequit subcollector officium subcollectoris exercere, tamen fructus colligendi existant. Sed in supradicto dubio constat, vt eius beneficia referuantur. Ergo cum subcollector ante acceptationem hac potentia careat, nequeunt eius beneficia referuata esse. Neque obstat ante acceptationem habere iurisdictionem in habitu (quod sub lite est) sufficit quod non habeat illam expeditam, Et ita requiri acceptationem docet Gonzalez *gloss. 51. à n. 70.*

6 Præterea dubitare potes, quomodo constare debeat collector, vel subcollectorem esse deputatum, vt eius beneficia referuatiõni subint. Cui dubitationi respondeo debere constare per litteras parentes supradictæ deputatiõis, cap. cum in iure peritus. de officio delegati. & leg. vnica. Cod. de mandatis princip. vel saltem constare debet per testes deponentes se vidisse litteras commissiõis, vel commissiõis, & deputatiõni interfuisse. Bellenzinus de charitativo subsidio, quest. 112. Garcia *5. part. de benef. cap. 1. à num. 376.* Imo valius socius testis aliquibus adminiculis adiutus sic deponens sufficit, vt beneficia referuata censentur, sic Aloysius Riccius *collect. 1647. ampliat. 6.* vbi refert à Rota decedum esse. Barbosa *alleg. 57. numer. 124.* At si testes solum deponente collectorem, vel subcollectorem sic reputatum esse publica voce, & fama, nequaquam probarent sufficere ad effectum referuatiõis, quia hoc testimonium inducit solum præsumptionem, non veritatem. Bellenzinus *tract. de charitativo subsidio. quest. 111.* & 112. Aloysius Riccius *collect. 1647. ampliat. 6.* Nicol. Garcia *5. part. de benef. cap. 1. num. 378.* Barbosa *alleg. 57. num. 125.* Probato tam-n aliquem esse collectorem, non est opus probare esse vnicum, vt illius beneficia impetrentur, qui